

A P P E N D I X.

anno cccc ccxxxxv, de proprio legatorum Agni officio est habita : de Salvatoris demandato Apostolis suis inter gentiles negotio, et adhuc novis Agni legis ad eosdem, ejusmodi deprehendimus propositiones, quæ erronea multa & inutilia continent, et in veros abeunt fanaticismos, præcipue in illo notatu digna sunt pag. 9. hæc verba, “
 “ tres & sorores ! sexaginta aut septuaginta ab-
 “ hinc anni sunt, ex quo ætas est exorta, præ-
 “ matura reformatio, &c.” rursus, pag. 25. “ Sal-
 “ vator, testis mei, inquit, vos futuri estis. Mi-
 “ nime dicit sospitator : vos explanaturi estis ho-
 “ minibus sacrofæctam Trinitatem, explicare po-
 “ teritis iis, qua ratione hæc vel illa Apocalipœos
 “ Joannis aut vaticinii Danielis sectio, &c. sit in-
 “ telligenda, ostendere poteritis, quæ in accentu
 “ vis, quæ in constructione sit emphasis ; sed ita :
 “ dicturi estis, me exstissee, narraturi aliquid de
 “ me, quærere vos oportebit : ubi cor ? ubi anima ?
 “ ubi est aliquis, cui spiritus sanctus prope fuit, cui
 “ se venturum indixit spiritus sanctus ? ego, quod
 “ ipsi dicam, habeo” &c. &c. Vid. omnino & se-
 “ quentes, quæ mire sonant, & omnibus insuper
 reliquis reformationis principiis, suis tantum excep-
 tis, quam injustissime insultant.

Hæc speciminis loco. Ex quibus fatis superque perspici potest : hujus societatis dogmatica, licet propriam confessionem neque habeant, neque habere velint, partim manifesta, partim captiosa fatis citra omnem uberiorem sollemnem indagationem esse, & a doctrina ecclesiæ nostræ, & a promissione ipsa, quæ nobis hic stipulata manu est data, toties quoties aberrare.

IV. Ad societatum Herrnhutianum instituta porro quod attinet, ea in præsentia ex propria descrip-
 tione publica penitus ita sunt perspecta, ut & ea,
 que